



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XIV. Die Markgrafen Johann und Otto bestimmen die Tage für den Wochenmarkt der Neustadt Salzwedel, am 18. November 1267.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

XIV. Die Markgrafen Johann und Otto bestimmen die Tage für den Wochenmarkt der Neustadt Salzwedel, am 18. November 1267.

Nos Johannes et Otto, Dei gratia Brandenburgenses Marchiones, Notum facimus per presentes, quod diligenti consilio prehabito volumus et mandamus, ut forum in antiqua civitate Saltwedel feria tertia observetur, secundum ordinationem, quam aliquando fecerat felicis memorie pater noster, Adjecto, quod Burgenfes nove Civitatis in Saltwedel Dominica die, secunda feria seu tertia vel quarta suum forum non habeant ullo modo, Eligentes inter alios dies, quemcunque diem ad suum forum habendum voluerint et duxerint eligendum, Quod nos et nostri fratres gratum gerimus et acceptum. Actum et Datum Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXVII<sup>o</sup>., XIV<sup>o</sup>. Kalend. Decembris. presentibus hiis videlicet Domino B. de Barboy, Domino Luthero de Meynerfen, Geuehardo de Alvensleuen et Jagowe et aliis nonnullis.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives VII, 15. Der Vorname des Zeugen Jagow ist nicht genannt.

XV. Markgraf Otto nimmt im Beisein seiner Mutter das heil. Geist-Kloster zu Salzwedel in seinen Schutz und bestätigt demselben die von seinem Vater verliehene Abgabefreiheit, am 31. August 1268.

Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, notum esse cupimus uniuersis, ad quos litere presentes peruenerint, quod domum Hospitalis sancti spiritus apud Soltwedele in nostram protectionem accepimus et recipimus specialem, Omnibus modis volentes ipsam fratrum domum illa perfrui gracia et libertate, quam pater noster pie recolende memorie dinoscitur contulisse. Insuper et priuilegia, que ab ipso jam dicto domui sunt collata, ratificando confirmamus. Ad hec quicumque dictam domum aut aliquem ad eam pertinentem, siue bona eius indebite inuaderet, seu in aliquo molestaret, is erga nos excederet contra nostram faciens grauitur voluntatem. Insuper ad instar patris nostri perdilecti hoc volumus, ut si contingat in terra nostra petitionem vel exactiorem fieri qualemcunque, memoratam domum ab hac liberam decernimus cum bonis ejus omnibus et exemptam. Hujus itaque donationis testes sunt Domina Beatrix, mater nostra perdilecta, et Conradus de Osterborch, Olricus de Croge, Arnoldus de Jagouwe, Gerhardus Lupus, Bruningus de Redigestorp, Johannes, notarius noster, nec non et alii quam plures. Datum Arneborch, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXVIII., pridie Kal. Septembris.

Nach Gercken Cod. VIII, 440 und Lenz II, 890.